# INCIPIT PROLOGUS QUATTUOR EUANGELIORUM

PLURES FUISSE QUI
euangelia scripserunt
& lucas euangelista testatur
dicens · quoniam quidem
multi conati sunt ordinare
narrationem rerum quae in
nobis completae sunt sicut
tradiderunt nobis qui ab ini
tio ipsi uiderunt sermonem
& ministrauerunt ei · & per
seuerantia usq. ad praesens
tempus monimenta declarant ·
quae a diuersis auctoribus
edita · diuersarum heresi
um fuere principia · ut est
illud iuxta aegyptios & tho
mam · & mathiam · & bar
tholomeum · duodecim quoq.
apostolorum & basilidis atq.
apellis · ac reliquorum quos
enumerare longissimum est ·
cum hoc tantum in praesentia
rum necesse sit dicere · extitisse
quosdam qui sine spu & gratia
di conati sunt magis ordina
re narrationem · quam histo
riae texere ueritatem ·

quibus iure potest illud pro
pheticum coaptari ·
s. Uae qui prophetant de corde
s. suo qui ambulant post spi
s. ritum suum · qui dicunt di
cit dns · & dns non misit eos ·
De quibus & saluator in eu
angelio iohannis loquitur ·
s. Omnes qui ante me uenerunt ·
s. fures fuerunt & latrones ·
s. qui uenerunt · non qui missi
s. sunt · ipse enim ait · uenie
s. bant · & ego non mittebam
s. eos · Inuenientibus prae
sumptio temeritatis inmis
sis obsequium seruitutis est ·
Ecclesia autem quae supra pe
tram dni uoce fundata est
quam introduxit rex in cu
biculum suum · & ad quam
per foramen discensionis oc
culte misit manum suam si
milis dammulae hinuloque
ceruorum · quattuor flu
mina paradisi instar eructu
ans · quattuor & angulos
& anulos habet · per quos
quasi arca testamenti & custos
legis dni lignis mobilibus
uehitur ·

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
HESSEN
Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
The J. Paul Getty Museum, Los Angeles, Ms. Ludwig II 1
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/getty_msludwigII1/0023